

Curatores Stanislao Skidzinski
assignati.

117

Sigismundus Tertius Dei gratia Rex Poloniae,
Magnus Dux Lithuaniae, Rusiae, Prussiae,
Masoviae etc. significamus presentibus Lite-
ris nostris universis et singulis quorum in-
terest. Quod cum expositum nobis esset à qui-
busdam Consiliariis nostris Nobilem Stan-
slaum Skidzinski rationis usu destitutum,
mentisq; impotem se ipsum resq; suas mini-
me curare posse, quinimo facultatum suarum
haecenus non mediocre dispendium fuisse,
supplicationeq; nobis, ut personas bonisq; ipsiq;
melius prospiciendo, Curatores certos eidem da-
remus et assignaremus. Nos iusto huic peti-
tioni annuentes pro munere nostro Regio
ipsius et facultatum ejus commodis consulere
volentes eidem in Curatores Nobiles Nicolaum
Skidzinski fratrem Patruclern et Samuellem
Kochanowski affinem ipsius dandos et assi-
gnandos esse duximus, prout quidem authonita-
te nostra Regia damus et assignamus presen-
tibus Literis nostris dando illis plenam et o-
mnimodam facultatem bona ipsius mobilia
et immobilia administrandi, et pro meliori e-
jusdem conditione regendi et gubernandi, cau-
sas item et actiones eidem ratione quavis
rerum et injuriarum institutas et in posterum
mouendi Curatorio nomine agendi et obeundi,
omniquē

omnig³ pro commodo et usu ipsius gubernandi.
De iisdem vero bonis victum et amictum ac
caetera omnia ad vitam honeste decentemque
et iuxta conditionem ipsius sustentandam ne-
cessaria illi suppeditando, et subministrando,
debitaq³ ipsius, si quae sunt, exolvere tene-
buntur et debebunt, ad extremum quocunq³
ad manus et officium Curatorum bonorum
ex manuscripto juris publici spectant et perti-
nent recte et diligenter pro memorati Stanis-
lai Miodziński meliori utilitate et emolu-
mento curabunt et perficient, ita tamen ut
Administratores Curatorum rationem distributorum
et perceptorum omnium ipsi si quando rationis
usu habito id requireret, vel quibus id de jure
competierit, reddere teneantur. Jure propin-
quiorum, nisi qui ad eam Curatellam idonei
fuerint salvo. In cujus rei fidem presentes etc.
Datum Varsaviae d. 18. Maji AD 1618.
Regionum nostrorum Poloniae 31. Suediae 25. 1618
Sigismundus Rex.

Ex Actis Metricis Regni Anno 1618. in libro 128.
sub literis V.P. n^o 129. fol. 128.